Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35425
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

petm cu a nathan extitit rephensus
ut dicit 2 Rg 12 licet postea da
uid multiplicatus peccasset tamen deus
multociens pepcit eis 3 Rg 11
Preparavit dns piscem qui recepit
Jona quamvis iuste ex inobedie
cia periret Jone 2 Statim post vocationem
Mathei dns benigne cum petoribus
manducavit mt 9 Magdalene
pie pcta pepcit et murmurante
phariseo eam defendit luc 7 Exemplum
xpi de filio prodigo maxima xpus
benignitate ad petores ostendit luc 15
Zacheus publicanus qui xpm deside
rabat videre benigne fuit a domino
visitatus luc 19 Latroni petenti
sui a xpo memoria in brevi tempore
paradisum promisit luc 22 Magna
pietas xpi petrum ter negantem non
abiecit sed potius benigne respexit
luc 22 Thoma non credente non re
pulit sed se tangi et palpari promisit
Joh 20 Saulum persecutorem benig
ne prostratum vocavit pariter et con
vertit Act 9 Benignus
est dns debilibus et infirmis eis
sanitatem reddendo Nam circuibat
ihus sanans omnem languorem et
infirmitatem quod nisi fecisset multi
infirmi non potuissent ad eum acce
dere Mat 9 et 8 leprosum dicentem
domine si vis potes me mundare ex
tendens ihus manum et tetigit et
mundavit mt 8 Mulier sangui
flua secundum legem immunda ihus
se tangi permisit ipsamque sanavit
Mat 9 De benignitate dei circa
infirmos require capitulo 3o mt 12

Blasphemi Cam 29m

Blasphemia caecitate punitionis sub
mittitur iniquitate transgressionis con
mittitur benignitate correptionis
obmittitur Sublimitate placacionis
et elacionis permittitur malignitate de
tractionis inmittitur Blasphe
mia in deum gravius punitur etiam in
presenti et in futuro hoc non dimittitur multi
Nam filius mulieris israhelite qui
blasphemaverat dnm iussus est a
domino lapidari Levit 24 Vir dei
dixit ad regem israel qui dixerant
deus montium dominus et non deus
vallium dabo omnem multitudinem
hanc grandem in manu sua 3 Rg 20
Multum displicuerunt domino blas
phemie servorum Sennacherib re
gis assiriorum propter quos percussit deus
185 milia hominum de exercitu suo
4 Rg 19 Blasphemia committitur
petm gravissimum et acriter deum
in sua iniquitate impugnat et ideo
dixit heli filiis suis Si peccave
rit vir in virum placari ei potest
deus si autem in deum quis orabit
pro eo 1 Rg 2 Maius petm ne
scivit excogitare impia yezabel quam
blasphemia ut Naboth faceret blas
phemare 3 Rg 21